DECISIONES CAVSARVM EXECVTIVARVM ROTÆ REIPVBLICÆ GENVENSIS,

AVTHORE

D. FLAMINIO CHARTARIO J. V. C.

VRBEVETANO, EIVSDEM

Rotæ Auditore,

EX CAVSIS PER IPSVM, ET ALIOS DD. AVDITORES IN EADEM ROTA RELATIS, ET ex communibus, & concordibus eorundem Auditorum votis, & ſuffragiis, vt & per ipſum ſolum, vti dictæ Rotæ pro tempore Priorem, & Iudicem appellationum, deciſis, ſumma cura, ſingularique induſtria collectæ.

Cum Summariis, & Indice copioſiſſimo.

EDITIO SECVNDA.

Francofurti ad Mænum, in officina quondam Sigiſmundi Feyrabend.

ANNO M. DC. VIII.

BIBLIOTECA UNIVERSITARIA · SALAMANCA ·

ILLVSTRISSIMO
AC REVERENDISSIMO
D. D. HIERONYMO
MATTHEIO,
S. R. E. *CARDINALI*
Ampliſſimo,

PAPYRIVS CHARTARIVS S. D.

VSV comparatum eſt, & in more maiorum poſitum (Cardinalis Ampliſſime) vt qui ſuas lucubrationes in lucẽ edunt, alicuius eximii viri nomen in illis inſcribant: quod quidem alios alia ratione feciſſe, tot literæ teſtatum faciunt, quot vnquam fuerunt, & ſunt libri, & libelli in lucem editi. Hoc idem mihi harum Rotæ Cauſarum Executiuarum Sereniſſimæ Reipub. Genuenſis Deciſionum peruulgationi ſtudenti præſtandum eſſe arbitratus ſum: & quod ita ſentirem, & facerem, incitauit me quidem, & prouocauit, quod iudicabam, non lice-

ARGVMENTA SINGVLARVM DECISIONVM.

Quæ in qualibet Deciſione potiſſimum continentur, explicantia.

DECISIO I.

DE non condemnato in expenſis in ſententia, an ab illis abſolutus cenſeatur.

De ſtatuto, quod victus victori condemnetur in expenſis, an intelligatur etiam de victo, qui iuſtam habuit cauſam litigandi.

De ſtatuto Genuæ, quod in expenſis condemnatus intelligatur etiam qui iuſtam cauſam habuerit litigandi, quomodo ſuſtineatur.

DECISIO II.

De inepta allegatione incompetentiæ contra iudicem, qui radicitus non eſt incompetens.

De exceptione litis pendẽtiæ coram vno iudice, an impediat proceſſum in cauſa executiua coram alio iudice.

DECISIO III.

De exceptione rei non traditæ admittenda in iudicio executiuo.

V. infra decis. 82.

De reconuentione, an ſit admittenda in executiuis ad retardandam executionem primæ conuentionis.

DECISIO IV.

An reus conuentus via executiua vigore inſtrumenti, reconueniendo actorem ſimiliter via executiua agentem, dicatur in termino præfixo à ſtatuto ſuum creditum liquidaſſe, ad effectum retardandi executionem actoris, ſi in dicto termino teſtes iurauerunt, ſed nõ depoſuerunt.

DECISIO V.

De arbitris, an poſſint condemnare victum in expenſis, vel abſoluere, & illas taxare, tam de iure communi, quam ex ſtatuto Genuæ.

DECISIO VI.

De pacto, quod debitor poſſit vbiq; conueniri, an valeat, & poſſit ita promittens conuentus pœnitere, & de-

DECISIONES
ROTÆ CAVSARVM
executiuarum.
REIPVBL. GENVENSIS

AVTHORE
D. FLAMINIO CHARTARIO J.U.C.
Vrbeuetano eiuſdem Rotæ
Auditore.

Argumentum.

De non condemnato in expenſis in ſententia, an ab illis abſolutus cenſeatur.

De ſtatuto, quod victus victori condemnetur in expenſis, an intelligatur etiam de victo, qui iuſtam habuit cauſam litigandi.

De ſtatuto Genuæ, quod in expenſis condemnatus intelligatur etiam qui iuſtam cauſam habuerit litigandi, quomodo ſuſtineatur.

Summarium.

1 *Expenſarum non facta in ſententia condemnatione, victus ab illis abſolutus cenſetur.*

2 *Statuto ſtante, ceſſat iuris communis diſpoſitio, & nu. 6.*

3 *Cauſam iuſtam habens litigandi excuſatur ab expenſis.*

Amplia etiam ſi ſtatutum dicat, quod victus victori in expenſis condemnetur, nu. 5.

MOGVNTIÆ,

Ex Officina Tipographica

IOANNIS ALBINI, anno

M. DCIV.